

suffragium ferebant plures Religiosi, qui aliunde aliquo Consanguinitatis, & Affinitatis vinculo invicem conjuncti, vel attinentes erant; Hi enim ut plurimum tum sanguine, tum uniformitate conjuncti adeo prepollebant, ut propter certam tot suffragiorum unionem reliquis fere metum incutebant: sicque in suas partes traherant, eoque, quo ipsi vellent, ire compellebant, quod sane nequam alienarum libertatum læsum, verum etiam bono totius Provinciae valde præjudiciale exitebat.

§.2. Ideoque pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, quod mala hujusmodi, aliaque ex præmissis oritura præveniendū mandaret, quod imposterum, si quando in eadem Provincia plures Religiosos Ordinis prædicti, qui aliunde in primo, aut secundo respectu gradibus Consanguinei, vel Affines fuerint, & privilegio suffragandi, aut ad præscriptum earumdem Constitutionum, aut etiam ex privilegio fruuntur, adesse contingeret, in iis Capitulis, seu Congressibus, in quibus alii Affines, aut Consanguinei pariter suffragantur, ejusmodi privilegio uti nequeant, ita tamen, ut etiam plures ac plures sint, non nisi duo, utque Antiquiores actu suffragari possint, reliquis a voto abstinentibus, istique solummodo uno, aut altero ex antiquioribus deficiente juxta eorum pariter antiquitatem subintrent, præcipiendo ejusmodi Decreti omnimodam observantiam, quibuscumque privilegiis tum memoratae Provinciae, tum peculiaribus Religiosis quomodolibet in contrarium concessis nequaquam obstantibus, & ita partialitatibus, & factionibus destruendis, aliisque frequenter occurrentibus malis avertendis, ac indemnitati prædictæ Provinciae consultum erit, emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui sequitur, videlicet:

Decretum prædictum.

§.3. Sacra Congregatio Eminensissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione Patris Procuratoris Generalis, ac attentis narratis, censuit, & decrevit, quod in posterum in Capitulis Provincialibus præfate Provinciae ad exposita incommoda, & inconvenientia vitanda, duo Fratres tantummodo antiquiores, sive Germani, sive Consanguinei, aut Affines in primo, & secundo gradu sint, & non omnes jure suffragandi gaudere possint, & valeant, & ita in futurum ab omnibus servari mandavit, quibuscumque Statutis, & Consuetudinibus ipsius Provinciae, & privilegiis particularibus non obstantibus. Romæ 16 Novembris 1725. = P. Cardinalis Paolus P. A. Archiepiscopus Larisæ Secretarius.

Preces prædictorum Fratrum.

§.4. Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerant, ipsi præmissa quo firmius subsistant, Apostolica Confirmationis nostræ patrocinio communiti plurimum desiderant. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, Decre-

tum præsertim auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§.5. Decernentes easdem præsentem literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit d. Provinciae etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XX. Februarii MCCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXVIII.

Confirmantur nonnullæ Indulgentiæ pro Minoribus, aliisque eis subjectis pium exercitium Viæ Crucis peragentibus; ipseque Indulgentiæ quibuscumque aliis conceduntur.

Dat. 3. Martii 1726. An. 2.

Indulgentias Ejusmodi vide Inn. XI. Const. ed. 1692, dec. 24, P. 2. Et 1695, dec. 26, P. 5.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter plurima, & maxima signa immensa erga Nos Dei bonitatis ubique occurrentia summam, & admirabilem ejus in humanum genus charitatem declarat æterni ejusdem filii Jesu Christi passionis inexplicabile Sacramentum, quo crepti sumus ex faucibus tenebrarum. Hinc Romani Pontifices Antecessores nostri eandem passionem memoria recolentibus Apostolicas Indulgentias, & gratias donare consueverunt, quas ad pios Christianos in Dominicæ passionis contemplatione sese exercentes, a nobis extendi, & confirmari, ut Christiana religio in hominum cordibus augeatur, plurimum in Domino expedire putamus.

Exordium.

§.1. Eapropter dilectus filius, Frater Josephus Maria ab Eborâ Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui de observantia nuncupantur, petitionem nuper

Ab Inn. XII. concessa fuit Indulgentia plen. applicabilis animabus Defunctorum

exhibendam Nobis curavit, qua continebatur, Fratres ejusdem Ordinis pium exercitium Viæ Crucis appellatum, quo tota Dominicæ passionis series pictis tabulis, ubi commode fieri posset, expressa, inque plures stationes distributa, eodem modo, quo peregrini Civitatis Sanctæ Hierusalem loca ipsa, ubi Christus passus est, recolentes, & frequentantes, invisunt, contemplandæ proponeretur in varias Christianorum Provincias magno Animarum fructu intulisse, ac pia recordationis Antecessorem Nostrum Innocentium Papam XII. hujusmodi exercitium largitione celestium munerum promovisse per literas Apostolicas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris incipientes: Ad ea per qua, Romæ datas apud S. Mariam Majorem die 24. Decembris anno 1692. Pontificatus II., ubi inter alia omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, atque aliis utriusque sexus personis Ordinum, & Congregationum, obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis Fratrum Minorum de observantia subjectis, Christianis Confratribus, & Confratribus quarumcumque Confraternitatum, & Societatum, sive sub titulo Conceptionis Beate Mariæ Virgini immaculate, sive sub alia qualibet invocatione, in eorumdem Fratrum, & Monialium Ecclesiis canonice erectarum, sive erigendarum, orationi mentali quæ dicitur Viæ Crucis exercitium, quo ratione suæ regulæ, & Constitutionum quotidie tenentur, operam dantibus, pro qualibet vice dierum centum, per duos quadrantes vero continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, perque totum mensem orationi, & exercitio hujusmodi vacantibus, dummodo vere poenitentes, & peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumissent, proque Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, piæ ad Deum preces fudissent semel quolibet mense plenariam peccatorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii Animabus Christianis, Deo in charitate conjuncti, ex hac vita migrantibus applicare possent Apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus misericorditer concessit.

Ab eodem aliz Indulgentiæ communicatæ fuerunt.

§.2. Postmodum dictus Innocentius Antecessor per alias Apostolicas literas, incipientes: Saa Nobis, sub Plumbo Romæ datas apud Sanctam Mariam Majorem VII. Kalendas Januariæ Anno Dominicæ Incarnationis 1695. Pontificatus V. inter alia Decretum Ven. Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum diei 12. Novembris anni 1695. per se die xv. ejusdem mensis approbatum declaraverat, pia loca Viæ Crucis seu Calvarii ad recolendam, & meditandam Christi passionem, a prædictis Fratribus, & Monialibus, aliisque personis ad instar Stationum Calvarii Montis, erecta, atque instituta, in privilegiorum, atque Indulgentiarum plenarum non dum revocatarum, generali, mutua, & reciproca communicatione per Apostolicam Sedem concessa, & literis piæ memoriæ Antecessoris nostri Innocentii PP. XI. in forma Brevis sub die 5. Septembris Anni Incarnationis Dominicæ 1686. comprehendi; ideoque frui, & gaudere Indulgentiis in iisdem literis Innocentii PP. XI. expressis: quæ omnia sub Sententiis, censuris, & pœnis in contradicteos infligendis, executioni tradi, & publicari man-

davit, ut in utriusque literis ejusdem Innocentii PP. XII. plenius continetur.

Proces Prioris Generalis pro Indulgentiarum confirmatione. eorumque ampliatione.

§.3. Cum autem sicut eadem petito Fratris Josephi ab Eborâ subjungebat, prædictum exercitium Viæ Crucis in omnibus ferme Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum de observantia, diebus festis tam pio operi adsignatis religiose peragatur, quamplurimis subjectis extra Ordinem, quoque illuc accedentibus, idcirco iidem Fratres, ut tam Sanctum exercitium pro Animarum salute ulterius propagetur, Indulgentias, & privilegia, etiam per Viam Communicationis, ut præfertur, concessa, & utriusque Innocentii Antecessorum Nostrorum literas superius memoratas, atque alias, si quæ sunt, idem exercitium respicientes, Decretumque a Ven. Fratribus S. R. E. Cardinalibus olim confectum, ac postmodum Apostolica auctoritate confirmatum, prævia ejus declaratione ad tollendas omnes ambiguitates, super ejus interpretatione forsitan exortas, per Nos, & Sedem Apostolicam approbati, & confirmari cupiant, easdemque Indulgentias, & privilegia ad quoscumque Christianos, etiam dicto Ministro Generali nullo modo subjectos, extendi, & ampliari enixe deprecantur.

§.4. Hinc ad dicti Fratris Mariæ preces, præmissis omnibus opportune providere cupientes, Nos qui omnem operam libenter impendimus, ut omnes Dominicæ passionis memoriam sæpe animo repetant, & salutarem illius fructum percipiant, eundem Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, Indulgentias etiam pro Animabus in Christi charitate Defunctorum applicabiles, & privilegia etiam per viam Communicationis concessa in literis utriusque Innocentii, in quo Decreto Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium expressa, & declarata, ac quibuscumque aliis literis Apostolicis idem exercitium Viæ Crucis respicientibus, ad tollendam omnem ambiguitatem, alienamque interpretationem, inde quomodocumque ortam, aut fortasse orituram, ut fideles per exercitium bonorum operum Sacrosanctos Ecclesiæ thesauros absque ulla Animi hæsitacione adipiscantur, declaramus, Fratres, Moniales, ac personas superius memoratas exercitium Viæ Crucis hujusmodi peragentes de privilegiis, & Indulgentiis, etiam plenariis sub generali, mutua, & reciproca communicatione per Sedem Apostolicam concessis, vere communicare, & participes fieri, proptereaque frui, & gaudere Indulgentiis, ac Privilegiis, quæ Romani Pontifices locis Sanctis, ac illorum Stationibus intra, & extra Hierusalem largiti fuerunt, perinde ac si exercitium prædictum ibidem peragerent: atque ita ab omnibus asseri, & censi debere volumus, ideoque ea omnia hætenus recensita, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & innovamus, & perpetua, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor iisdem adjicimus, omnesque, & singulos, tam

Confirmatio prædictæ Indulgentiarum.

De Oratoriis
privatis, &
Altariis po-
tentialibus.

§.10. Eisdemque poenis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis subijcimus etiam Regulares, qui sancitis, & ordinatis, tum a re: me: Clementis PP. XI. tum ab ipso Innocentio prædecessoribus, quoad celebrationem Missæ in Oratoriis privatis, sive eorumdem Regularium Cellis, necnon usum Altaris gestatorii, seu portatilis qualitercumque contraverint, seu minime obtemperaverint.

Clausula.

§.11. Decernentes pariter easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari debere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac sedis præfate Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
specificæ.

§.12. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutuum, & Societatum, etiam Jesu, & quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum piorum, aliisque quibusvis etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & Locis piis, prædictis, illorumque respective Superioribus, aliisque quibuslibet personis, etiam specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & Apostolica potestate plenitudine in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quevis alia expresso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & inferrentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem presentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-

mus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.13. Ut autem eadem presentes literæ ad omnium notitiam facilius adveniant, volumus, illas, seu earum exempla ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arstare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent, utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, que ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII. Martii MDCCXXVI. Pontificatus nostri anno secundo.

CXX.

Statuuntur nonnulla pro artis Agrariæ sublevamine, & securitate Annona in mutationibus.

Mandatum
publicatio ha-
rum literarum.

Die 18. Martii
1726. Anno.

Alia Statuta ad bonum Annona regimen & rei agrariæ beneficium habentur Consil. ed. 1725. Oct. 15. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Motu proprio &c.

§.1. **E**ssendo che per veder sempre piu accresciuta la proficua, e nobil'Arte Agraria colla ubertosa Cultura specialmente dell'Agro, e Distretto di Roma a commodo di tutti i Nostri sudditi, abbiamo Noi fra gl'altri ordini, e provisioni riferite nel precedente Nostro Moto proprio segnato il di 15. Ottobre dell'anno scorso, dimostrato il Nostro paterno amore colla gratuita imprestanzza ordinata di scudi 60 mila in sollievo de Cultori, Lavoratori, ed Affittuarij dell'Agro Romano, e di altri scudi 50 mila per li Distrittuali, ed altri di Civitavecchia, Corneto, Toscanella, Vetralla, e Piperno, benchè non compresi nel suddetto Distretto, come in altro Nostro Chirografo segnato li 4. Febraro scorso, provenienti dalla munificenza de Nostri predecessori, e da sopravanzi attinenti alla Nostra Camera, ed Annona, & accioche di questo denaro, che gratuitamente imprestarà la detta Nostra Annona, e Camera consegnisca in ciascun anno l'intera restituzione affine di conservarlo in perpetuo per continuo impiego di questa publica utilità, senza che abbia da fogggiacere a perdita, e diminuzione.

§.2. Perciò inteso il parere di Monsignore Ansideo Arcivescovo di Damiaata Assessore del Sant'Offizio, di Monsignore del Palagio Prefetto dell'Annona, di Monsignore Alessandro Abbati Segretario della Congregazione da Noi deputata, e di Monsignore Fargna Assessore della medesima destinata a questo preciso effetto dall'istessa Congregazione; con questo Moto pro-

Causa præ-
sentis motus
proprii.

Statuuntur, ut
Annona in
creditis exi-
gendis, om-
nibus anterio-
ritatis portio-
nibus, & præ-
lationis pri-
vilegiis gau-
deat.

proprio, e colla pienezza della Nostra potestà, vogliamo, e comandiamo, che detta Nostra Annona di Roma per li Crediti dell'Imprestanze fatte, e che farà delli scudi 60 mila per l'Agro Romano, e delli scudi 50 mila per il Distretto, e Luoghi di sopra compresi, ed anche per altre maggiori somme, che imprestasse, debba godere tutti i Privilegi Fiscali, che gode la Nostra Camera per i Crediti, e denari Fiscali tanto per dritto della ragion comune, quanto per uso, e consuetudine dell'istessa Camera. Dichiariamo in oltre, vogliamo, ed ordiniamo, che fatte da Monsignore Prefetto dell'Annona l'imprestanze a Padroni, Lavoratori, & Affittuarij coll'infrastrate condizioni, e cautele (salve le sigurtà & altri maggiori cautele, che ad altri effetti parerà giusto di esigere alla detta Congregazione Deputata, e a Monsignore suddetto Prefetto pro tempore) si abbia per provata la versione del denaro imprestato nella Causa, che si esprimerà, e che perciò la nostra Annona di Roma debba godere in concorso d'altri creditori tutti quei privilegi d'antiorità, pozziorità, e prelazione, che le competerebbero, se pienamente, e concludentemente avessero provata la versione nella Causa espressa, da cui l'assolviamo nel modo sopradetto, e vogliamo, che ogni Tribunale, e Giudice pronunzi, sentenzj, e diffinisca, come se tal versione fosse pienamente provata.

Decernuntur
quædam pro
eiusdem secu-
ritate in mu-
tationibus.

§.3. Le condizioni poi, e cautele, con cui si dovranno far dette Imprestanze a i cultori de' Terreni, Lavoratori, ed Affittuarij, faranno, che le medesime Imprestanze si facciano a i Padronali dei Fondi dell'Agro Romano, colla fede dell'Agrimensore, che con giuramento attesti la quantità del Terreno ridotto a Macese colla specificazione della Contrada, e confine. A i Lavoratori poi, ed Affittuarij del medesimo Agro Romano si facciano non solo colla fede del Padrone, che attesti aver dato in Affitto, o a cultura tanto di Terreno colla specificazione parimente della Contrada, e confini, e che per il tal anno detto Lavoratore, e Affittuario ha l'obbligo di Seminare rubia. . . . Ma di piu che il medesimo Affittuario, o Lavoratore debba esibire altra fede giurata dell'Agrimensore, il quale testifichi, che esso Lavoratore, o Affittuario abbia ridotto a macese rub. . . . colla specificazione della Contrada, e Confini; Se poi le fedi, che i Padroni de i Fondi, e Terreni, e gl'Agrimensori faranno come sopra si trovarono mai in tutto, o in parte non vere, e insufficienti, in tal caso vogliamo, e ordiniamo, che li detti Padroni, e Agrimensori restino per tutta l'Imprestanza fattali tenuti alla nostra Annona *æque principaliter, & in solidum* con quelli, che avranno ricevute l'Imprestanze. Vogliamo ancora, e ordiniamo, che la Nostra Annona prima di far Imprestanza a Lavoratori, ed Affittuarij, debbano questi far precedere un' Interpellazione a i suddetti Padronali a giustificare se abbiano fatte l'Imprestanze ad essi Lavoratori, ed Affittuarij, o pure se vogliono essi far la suddetta Imprestanza nel modo, e in quella quantità, che stabilirà Monsignore Prefetto, colquale si debba prefigere il termine di soli tre giorni, e spirato detto termine, e non dichiarando detti Padroni, che abbiano fatta detta Imprestanza, ne di volerla fare, in tal caso vo-

gliamo, che la detta Nostra Annona senza altro consenso delli stessi Padroni, sia preferita sopra tutto il Grano, Biade, o altro, che si raccorra nelle Macis seminate da detti Affittuarij, o Lavoratori coll'ajuto di dette Imprestanze, o si ritrovi nell'Ara, o sia stato condottato fuori del medesimo Fondo, o Terreno, e collocato in altri Granari. Vogliamo finalmente, ordiniamo, e comandiamo, che la Nostra Annona per l'Imprestanze fatte sopra li Grani, e raccolte coll'ajuto di esse sia preferita anche a i Fornari Creditori per prezzo di Pane ogni volta, e quando non giustifichino, che il Pane sia stato somministrato per la medesima raccolta, nel qual caso, solamente intendiamo restino fermi i loro Privilegi, come di ragione; Quando poi non giustifichino, che detto Pane sia stato somministrato per la medesima raccolta, in tal caso dichiariamo, che i loro Crediti per prezzo come sopra di Pane, che apparisca somministrato per gl'anni antecedenti, vogliamo, ed ordiniamo non gli suffraghiamo in pregiudizio, e concorso della Nostra Annona, a quali per cio espressamente, e generalmente per l'effetto suddetto però solamente, e nei termini sopra riferiti deroghiamo, ed in specie a quelli concessigli sopra detta prelazione dalla s. m. e. di Gregorio XIII., che incomincia = *Sicut accepimus* = e di Sisto V. che incomincia = *Cal' sis Pater* = e di Urbano VIII., come anche ad altre concessioni di Nostri predecessori ancorchè avessero bisogno di special menzione.

Clausula pe-
culiaris.

§.4. Per ultimo vogliamo, ed ordiniamo, che le suddette Preordinazioni, e Provedimenti abbiano luogo rispetto a i Padronali delle Tenute, Campi, e Casali, loro Lavoratori, Affittuarij, e Cultori de' Terreni dell'Agro Romano; Rispetto poi a i Padroni, Lavoratori, Affittuarij, e Agricoltori del Distretto, e Luoghi come sopra compresi, vogliamo, che se adempite le suddette condizioni goda la Nostra Annona, e per essa li Commissarij Locali l'istessi Privilegi, e prelazione di sopra specificate. Dichiaro in oltre, che sotto questo Nostro Moto proprio intendiamo compresi, conforme Noi coll'istessa Nostra piena, ed assoluta potestà (a causa di dette Imprestanze) comprendiamo universalmente tutti i Padroni, e Possessori (per qualsivoglia titolo) di esse Tenute, Terreni, Campi, e Casali dell'Agro Romano, e Distretto tanto secolari, che Ecclesiastici, e Regulari anche delle undeci Congregazioni, Compagnia di Gesù, S. Offizio, Officiali, e Ministri, che esercitano qualunque autorità, e potestà, anche li Reverendissimi Cardinali della S. R. C. Legati a Latere, Vescovi, Arcivescovi, Patriarchi, Abbat, Camerali, e tutti gl'altri, che avessero necessità di special menzione, quali vogliamo si abbiano qui per espressi, come pure tutti i Monasteri, Ospedali, Archiospedali, Luoghi pii, Chiefe, Abazie, Basiliche, Capitoli, Collegiate, Archiconfraternite; Feudatarj, Cenfuarij, Duchi, Principi, Marchesi, Conti, Baroni, tanto mediatamente, che immediatamente soggetti alla Santa Sede Apostolica, ed altri di qualsivoglia stato, grado, condizione, e di qualsivoglia autorità, e Dignità con derogare, conforme deroghiamo universalmente a tutti, e singoli privilegi, esenzioni, ed immunità concesse per lettere Apo-

Juris, quam Facti defectus, si qui in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Insuper, ne in participatione bonorum Spiritualium, quae ab exercitio Viae Crucis provenire speramus, illis arceatur...

Clausula.

§.6. Decernentes, praesentes Literas nostras inque eis contenta quaecumque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut quocumque alio defectu notari, impuguari, invalidari, ad terminos Juris vel Facti, aut gratiae remedium impetrari, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos, vel Successores Nostrorum Romanos Pontifices, aut Sedem Apostolicam pro tempore factis, comprehendere non posse semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo semper concessas, ac perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere debere.

§.7. Non obstantibus quatenus opus sit, pia memoriae Pauli PP. V. similiter praedecessoris Nostrae nonnullarum Indulgentiarum revocatione, sive moderatione, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de Indulgentiis non concedendis ad instar, dictique Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio penalis.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, confirmationis, approbationis, innovationis, roboris, adjectionis, defectuum supplementationis, extensionis, ampliationis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo sexto, quinto Nonas Martias, Pontificatus nostri anno II.

CXIX.

Praecipitur executio Constitutionis Inn. XIII. pro Ecclesiastica Disciplina in Regnis Hispaniarum, cum nonnullis Ordinationibus.

Dat. 27. Mar. 1726. An. 2.

Laudata Constitutio ed. fuit 1723, Maji 13. P. 2. Et ab hoc Pontifice confirmata Consi. ed. 1724. Sept. 23. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii sollicitudo Nos admonet in his vigilantiae, & auctoritatis Nostrae partes libenter interponere, ut quae a Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostris ad Dominici Gregis, animarumque salutem, & directionem provide constituta reperiuntur, suum plenarium sortiantur effectum.

Exordium.

§.1. Cum itaque quamplurimum ex Ven. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Regnorum Hispaniarum literis, non ita pridem intellexerimus, Constitutionem pro Ecclesiastica disciplina in eisdem Regnis servatione, & instauratione a fel. rec. Innocentio PP. XIII. praedecessore Nostrae die 13. Maji 1723. post maturum consilium editam quae incipit: Apostolici Misterii &c. ac subinde a Nobis per quosdam Nostras in simili forma Brevis die 23. Septembris 1724. desuper expeditas literas, quibus totum ipsius Constitutionis tenorem inseruimus confirmatam, & innovatam per nonnullos praesertim Regulares in dictis Regnis degentes haud omnino, ut par erat, servari, quinimo ejus executionem variis artibus, inanibusque praetextibus retardari, atque eludi graviter commoti fuimus, nec desuimus perinde dolorem, ac indignationem Nostram cum superioribus generalibus ipsorum Ordinum communicare, eisque discrete explicare firmam, constantemque voluntatem, ac intentionem Nostram esse, ut memorata Constitutio promptae, & omnimodae executioni demandaretur, & in transgressores, seu inobedientes condignis poenis animadvertetur; Ipsi vero Superiores Generales pro ea, qua praediti sunt prudentia, probitate, & fidei in Nos, & hujus Sanctae Sedis mandata obsequio, id contra, & praeter eorum mentem, ac non sine intimo animi sui merore, accidisse Nobis ingenue declararunt, ut vehementer etiam improbantur quidquid contra eandem Constitutionem scripto, vel facto attentatum fuerit per aliquot suos subditos, pro quibus erroris, ac noxae veniam a Nobis suppliciter implorarunt, simulque polliciti sunt sedulam se duros operam, ut quae in ea facienda, servandaque praescribuntur, ab omnibus, & singulis suis Religiosis absque mora adimpleatur.

Causa praesentis Constitutionis.

Reprobantur omnia gesta ad impediendam praedictae Constitutionis.

§.2. Licet autem Nos non minus ad enixas eorumdem Superiorum Generalium preces, quam ob peculiarem paternae charitatis affectum quo Religiosas semper prosequuti sumus, & prosequi-

nis executionem.

sequimur familias, in quarum altera, inclito nempe Fratrum Praedicatorum Ordine diu versati sumus a poenis adversus dictos transgressores infligendis abstinemus, nihilominus quaecumque haec ad remorandam, sive eludendam, aut quomodolibet impediendam praedictae Constitutionis executionem a nonnullis ex praefatis Regularibus scripta, acta, & gesta fuerunt cum inde sequutis, & quomodocumque sequutis, auctoritate Apostolica tenore praesentium reprobamus, & damnamus, ac pro reprobatis, & damnatis ab omnibus haberi volumus, & decernimus.

Preceptum pro observantia laudatae Constitutionis.

§.3. Praeterea gravius mentis Nostrae super eadem Constitutione testimonium, ac Judicium perhibere volentes, districte, ac in virtute Sanctae Obedientiae Nobis vicaria Christi potestate in Terris fungentibus ab universis Christi fidelibus debita, harum ferie denuo praecipimus, & mandamus, ut exacte, & inviolabiliter, omnique colore, praetextu, titulo, & contraria quavis interpretatione prorsus sublati, serventur omnia, & singula in enarrata Innocentii praedecessoris Constitutione sancita, ordinata, declarata, ac quoquo modo contenta, quae Clerum tum Sacularem, tum Regularem praedictorum Regnorum concernunt, etiam juxta formam in hisce literis Nostris, ut infra, praescribendam.

De numero Religiosorum in Caenobis.

§.4. Cum igitur in eadem Constitutione inter alia cautum fuerit, ne in Monasteria, Conventus, & Domos, tam Virorum, quam Mulierum plures persone recipiantur, quam quae vel ex praesentibus ipsorum Monasteriorum, Conventuum, aut Dolorum, sive ex consuetudine elemosynis, aliisque obventionibus in commune conferendis possint commodè sustentari; Hinc pro firmiori saluberrime istius sanctionis robore statuimus, ut Superiores eorumdem Monasteriorum, Conventuum, & Dolorum subditis suis, sive Clericis, sive Conversis ibidem degentibus subministrari curent, & faciant omnia ad victum, & vestitum necessaria; Et si plures Religiosos in aliquo Conventu nunc existere compertum fuerit, quam in eo juxta modum praescriptum sustentari valeant, Superior Provincialis, sive Praelatus eos ad alterum ejusdem Provinciae Conventum, qui ipsorum sustentationi idoneus, & sufficiens sit statim transferat: Quatenus vero numerus Religiosorum in singulis Provinciis degentium, vires Conventuum uniuscujusque Provinciae respective excedat, non alii deinceps ad Religiosum habitum in ea suscipiendum admittantur, donec per obitum hodie viventium illo redactus sit, ut commode alii valeant. Dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Nostrae, & Apostolicae Sedis in eisdem Hispaniarum Regnis Nuncio serio injungentes, quatenus sedulo curet, ut praemissa plenarium suum effectum obtineant, prout illi in dicta Constitutione demandatum fuerat.

De Religiosis ad Ordines promovendis.

§.5. Similiter volumus, ut in promotione Regularium ad Ordines, Decretum praedecessoris Clementis PP. VIII. praedecessoris etiam Nostrae, juxta memoratam Constitutionem accuratissime observetur, districte quoque inhibentes omnibus Archiepiscopis, & Episcopis praefatis, ne eosdem Ordines conferre praesumant alicui Regulari, qui vel in Monasterio, sive Conventu intra suam Dioecesim sito non degat, vel si de-

familia Monasterii, seu Conventus alterius Dioecesis fuerit, literas dimissorias sui Superioris Regularis non exhibeat, servata in praemissis Decreti Clementis, ac Constitutionis Innocentii praedecessorum praedictorum dispositione.

De Clausura Monialium.

§.6. Eisdem quoque Archiepiscopis, & Episcopis sub interminatione Divini Judicii denuo praecipimus, ut quibuscumque Mulierum Monasteriis tam sibi subiectis, quam etiam quomodolibet exemptis, omni studio, ac diligentia incumbant, & advigilent executioni eorum, quae pro custodienda Sanctimonialium Clausura, impediendoque in dicta Monasteria exterorum ingressu tum in Sacri Con. Tridentini Decretis, tum in Constitutione similis memoriae Gregorii Papae XIII. praedecessoris itidem Nostrae, quam idem Innocentius praedecessor in praefata sua Constitutione innovavit, desuper sancita fuerunt.

De Confessione.

§.7. Porro injungimus quoque exactam ejusdem Innocentii Constitutionis observantiam circa Confessiones a Regularibus praedictis, nec etiam ex Indulto, quod eis competere perperam praetenditur in vim Bullae Cruciatiae Sanctae nuncupatae, nec ex alio quocumque privilegio excipiendos absque praecedente approbatione, & licentia Ordinarii pro tempore existentis Loci, in quo Sacramentum Poenitentiae ministratur, servata quoque limitatione, quae in ipsa licentia ab eodem Ordinario adjecta fuerit, vel quo ad tempus, vel quo ad locum, vel genus personarum; Declarantes, quod in omnibus casibus praedictis Confessiones aliter factae, & respective exceptae nullae, atque invalidae, ipsique Confessarii eo ipso suspensi erunt.

De Confessione Monialium.

§.8. Ad haec rursus prohibemus, atque interdiciamus, ne Regulares cujuscumque Ordinis, & Instituti excipere audeant Confessiones Monialium, etiam eorum regimini subiectarum, & ab Ordinarii Jurisdictione quomodolibet exemptarum, nisi ultra licentiam suorum Superiorum Regularium examinati fuerint, & pro ipsorum Monialium Confessionibus audientis specialiter approbato ab Episcopo Dioecetano; Et si secus factum fuerit, tunc quoque Confessiones irritas, & Confessarios ipso Jure suspensos fore itidem declaramus; Ab hujusmodi tamen lege, & ordinatione ad supplicationem dilecti filii Nostrae Ludovici S. R. E. Cardinalis Beluga, & Moncada nuncupati eximimus superiores Generales, ac etiam Provinciales cujusvis Ordinis Regularis, quibus, ut Confessiones Monialium, sibi tamen subiectarum dumtaxat, absque istiusmodi speciali approbatione Episcopi Dioecetani audire licite, & valide possint, permittimus, & indulgemus.

De Confessione Extraordinariae Monialium.

§.9. Et quia mentis, ac intentionis Nostrae est, ut remota quavis diversa intelligentia, & interpretatione praecise serventur ea, quae in eadem Innocentii praedecessoris Constitutione super assignatione, seu deputatione Confessarii extraordinarii Monialibus sub Praelatorum Regularium gubernio viventibus disposita fuerunt, statuimus quoque, ut superiores, qui Decretum illud quocumque titulo, vel praetextu non servaverint, vel ejus executioni aliquid impedimentum directe, aut indirecte praebuerint, ipso facto suspensionem ab eorum officio necnon privationem vocis tam activae, quam passivae incurrant.

inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.11. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Clementis Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXII.

Conceditur Prioribus Generalibus Eremitarum S. Augustini facultas creandi Magistros 50. in Provinciis Italiæ; 40. dumtaxat extra Italiam.

De promotione ad Magistrum vide Urban. VIII. Const. ed. 1625., Apr. 24. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cupientes, ut debitis virtutis hujusmodi Religiosis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, qui in artibus & Sacræ Theologiæ studiis cursum perfecterunt, ac alias digni, & idonei sunt, tribuatur, ut nimirum alii ipsorum exemplo ad sacrarum literarum studia in dies magis, ac magis excitentur, supplicationibus dilecti Filii Fulgentii Bellelli Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis in Sacra Theologia Magistri nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, futuris Prioribus Generalibus Ordinis prædicti, ut in Provinciis, & Congregationibus Italiæ, aliisque ei adjacentibus quinquaginta Ordinis hujusmodi Professores, qui probitatis, & doctrinæ laudibus præfulgeant, & quinquennio Regentis munus obierint, vel in principalioribus ejusdem Italiæ Civitatibus verbum Dei decennio cum plausu, justaque fama prædicaverint, aliisque omnibus qualitatibus in promovendis ad Magistrum gradum per Apostolicas, & Ordinis prædicti Constitutiones, atque Capitulorum Generalium illius Definitorum, necnon statuta, & consuetudines, ac usus earum Provinciarum requisitis præditi esse debeant, quique servata regularis disciplinæ observantia in eorum ordine morum probitate, aliisque virtutibus dotati adeo laudabiliter vixerint, ut aliis non minus vite innocentia, quam doctrina docendi habiles sint, & idonei, & dummodo ipsi promovendi prævio rigoroso examine coram iisdem Prioribus Generalibus modo, & forma, quibus in Alma Urbe Nostra fieri solet, faciendum, ad hoc idonei reperiantur. Præterea in aliis extra Italiam ejusdem Ordinis Provinciis, alios quadraginta dumtaxat similiter Ordinis prædicti professores omnibus qualitatibus, etiam per Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, necnon Constitutiones, consuetudines, & usus earum Provinciarum requisitis præditos, & dummodo pariter ipsi promovendi prævio rigoroso examine juxta formam Constitutionis felic. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit Romanus Pontifex sub die 24. Aprilis 1625. emanatæ faciendum ad hoc idonei reperiantur, in

Preces Procuratoris Generalis.

Concessio prædicti facultatis in perpetuum quibusdam tam adjectis conditionibus servandis.

Magistros in sacra Theologia supranumerarios promovere, illosque Magisterii, & Doctoratus hujusmodi insignia conferre, utque omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, favoribus, prærogativis, præminentis, antelationibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, & indultis, quibus alii ejusdem Ordinis in sacra Theologia Magistri etiam in publicis studiorum generalium universitatibus ad hujusmodi gradus promoti de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere possint, & debeant perinde ac si ad hujusmodi gradus in similibus Studiorum Universitatibus promoti fuissent, concedere, & indulgere valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium facultatem perpetuis temporibus duraturam concedimus, & impertimur; ita tamen, ut memorati Priores Generales ad electionem dictorum Magistrorum non nisi per concursum, & per secreta suffragia procedant.

§.2. Non obstantibus felic. rec. Sixti V., & Clementis VIII. Romanorum Pontificum etiam Prædecessorum Nostrorum de senario Magistrorum numero, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIII.

Conceduntur quædam Indulgentiæ in Ecclesiis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum in Regno Tunkini.

Pro omnibus Ecclesiis Ordinis concessa fuit ab Alexan. VIII. Const. ed. 1690. Nov. 29. P.2. Indulgentia plen. perp. in fisco S. Joannis a S. Facundo.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§.1. Ad augendam fidelium religionem & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum in Regno Tunkini existent. die Fests Titulari respective earundem Ecclesiarum a pri-

Clausula.

Dat. 13. Maji 1726. Ann. 2.

Concessio Indulgentiarum plen. visticibus dicitur Ecclesiis die festo Titulari earundem.

a primis Vespertis usque ad occasum solis diei hujusmodi respective singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresim extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; lis vero, qui Litanis B. M. V. in aliqua ex dictis Ecclesiis, & Oratoriis eorumdem Fratrum in dicto Regno existentibus singulis Sabbatis, singulisque ejusdem B. M. V. Immaculatæ festi diebus decantandis, seu recitandis devote interfuerint, & ibi, ut supra, oraverint, qua vice prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Et pro his, qui interfuerint Litanis in dict. Ecclesiis recitandis.

Fides habenda transumptis.

§.2. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIV.

Statuitur, ne Fratres Congregationis S. Joannis de Carbonaria Ordinis Eremitarum S. Augustini, ad alias Provincias, seu Congregationes transire possint.

Rationes præfectæ vite communis quæ ibi præ cæteris viger.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium à curia habenda Regularium.

Apostolicæ sollicitudinis, quam meritis licet, & viribus longe impares Divina dignatione gerimus, ratio exigit, ut paternam erga Christianos, qui e fluctibus Seculi in portum vite Religiosæ confugerunt charitatem singulari studio exercentes eorum stabilitati, ut in ea vocatione, qua vocati sunt, perseverent utque in finem, quantum nobis ex alto conceditur, prospicere satagamus.

Facti expositio.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Serfale Congregationis Sancti Joannis de Carbonaria Ordinis Eremitarum S. Augustini Neapolitan., quod cum a dicta Congregatione, & Conventu ejusdem S. Joannis, ubi perfecta vita communi vivitur, nonnulli Religiosi ejusdem Congregationis sub variis prætextibus ad alias prædicti Ordinis Provincias, & Congregationes, in quibus ejusmodi vita communis minime servatur transire soleant, ipse Nicolaus, quo in prædictis Conventu, & Congregatione Regularis disciplina sustineatur, & observantia jam introducta non disperdatur opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desideret.

§.2. Nos ipsius Nicolai votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter

annuere volentes eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fratres expresse professos Conventus, & Congregationis hujusmodi post Constitutionem fel. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris nostri super eadem vita communi emanatam ad quascumque Provincias, seu Congregationes animo sese illis associandi, seu incorporandi, sine expressa, ac unanimi pleni Definitorum Conventus prædicti consensu, nullo modo se transferre posse, illos vero, qui de mandato, tam Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, quam super disciplina Regulari deputatorum jam translati fuerunt se intra terminum duorum Mensium, ac si alicui Conventui Provincie, aut aliarum Congregationum affiliati minime forent, esse compellendos ad redeundum ad prædictam Congregationem Sancti Joannis de Carbonaria, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus, ac statuimus, & ordinamus.

Statutum prædict.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definitum debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quorumcumque Provinciarum, & Congregationum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Fides habenda transumptis.